Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

enimhab& quoc rescat · donec fiat quod dexpo in salomonis figure
proph&atum est · Dominabitur a mari usq: ad mare · & a flumine
usq: ad terminos orbis terrae · A flumine scilic& ubi baptizatus ē · quia
inde coepit euangelium predicare a mari autem usq: ad mare totus
ē orbis cum omnib: qui mari oceano cingitur uniuersus · Quomodo
autem implebitur aliter illa proph&ia · Omnes gentes quotquot
fecisti uenient & adorabunt coram te dne · Non enim de locis suis migran
dum est sed in locis suis credendo · Dec credentib: quippe dns dix ·
Nemo potest uenire ad me nisi datum fuerit ei a patre meo · Proph&a
autem dicit · & adorabunt eum unus quisq: de loco suo · Omnes insulę
gentium · omnes insulę dixit tanquam dicerent & ia omnes insulę ·
Hinc ostendens quam nulla relinquatur terrarum ubi non sit ecclesia ·
quando nulla relinquitur insularum · quarum nonnulle & ia in oce
ano sunt constitute · & quas dam earum euangelium iam suscepisse didicimus ·
Atq: ita & in insulis singulis quib: quae impl&ur quod dictum ē · Domina
bitur a mari usq: ad mare quoniam aqq: insula cingitur sicut uniuerso orbe
terrarum · quam quam omniū quoda modū maxima ē insula · quia &
ipsam cingit oceanus · A cuius litoribus occidentalib: pastib: ecclesia
pueniisse iam nouimus · & quocumq: litorū eius non dum pueniit puen
turae ē utq: fructificando atq: crescendo · Si ergo quia proph&ia ueri
tatis mentiri non potest necesse ē ut omnes gentes quotquot fecit dns ·
adorent eum · quomodo adorabunt eum nisi in uocent eum · quomodo
autem in uocabunt in quem non crediderunt · Aut quomodo credent
quem non audierunt · quomodo autem audient sine predicante ·
Aut quomodo p̄dicabunt nisi mittantur · Mittet enim angelos suos & con
gregat electos suos a quatuor uentis a quatuor uentis id est ab uniuerso
orbe terrarum · Inquib: ergo gentib: nondum ē ecclesia opostet ut sit n̄
ut omnes qui ibi fuerint credant · Omnes enim gentes promisse sunt omnis
homines omnium gentium · Non enim omnium ē fides · credit tamen omnis
gens in omnib: qui electi sunt ante constitutionem mundi · In c&eris